Nam si Saluator adest in medio duorum vel trium in nomine eius congregatorum, qui seripserint, ut tam multorum, tamque SS. Patrum non interfuerint Concilio, cum Spiritus sanctus fuerit cum illis ab initio & postea? Quamobrem confortare & esse robustus in vera pietate & fensione, non aliter atque Iesus filius Naue servus Domini in populo Israelitico gubernando, & de quo: Vniuerso clero tuae sanctitati obsequenti, & populo benedicto ac fidei, si nec, quos saluare dicitur, haec magnus ille ad Basilium Antiochenum Episcopus optinuit. Intellegit, lector, quanti vir ille diuinus, totius Orbis luminare repledens, miraculorum radijs vbique refulgens, quanti inquam, fecerit sacra Conciliorum decreta: ut planè per ipsum Deo sacrum organum non nisi Spiritum sanctum esse locutum, quisque, dummodò mentis sit compos, intelligat. Vtinam ita his addere liceret & eam, quam scripsit eidem Simeon ad Leonem Imperatorem epistolam, cum tanti viri singulis apices quibusuis gemmis pretiosiores extiterint. Factum verò esse legatione ad Simeonem ad Leonem Imperatorem Sergium monachum, per eundemque missum cunctulum suum ad eundem Augustum, habent Acta S. Danielis cognom. Styli: sed quoniam casu eandem vestem ipse Daniel accepere meruerit, suo loco dicemus.

Extat autem epistola Baradati: de qua ante quam agamus, hic describamus, quae de eo Theodoretus postea tradidit, cum ait: Is enim Baradatus scilicet excogitavit nauas rationes exercenda tolerantia. Nam cum primùm quidem longo tempore se inclusisset in domuncula, solà diuinà fruebatur contemplatione. Illinc cum occupasset rupem eminentem, & paruam quandam arcam, nec iuste quidem symmetria corpori congruentem ex ligno construxisset: in ea vitam degebat, deorsum assidue incuruari coactus: non enim habebat altitudinem eius longiorum nisi a proportione equeuocentem: non erat autem ea compacta asseribus sed erat averta similiter atque cancelli, & erat similis fenestra, qua latiores habent ingressu laminis: Quocirca nec à pluuia erat impetribera, nec erat caeca à solis, sed vir ag, non minus admitteret, quam à alia que sunt subditio: in hoc autem solo ea superabat, quod accederet libris inclusionibus.

Cum autem longum tempus hoc modo transisset, postea egressus est cedens precibus diuini Theodoti, cui obtrigerat Pontificalis sedis Antiochenus. Sicut autem assidue manus ad caelum tendens, & vniuersorum Deum laudans, eorum corpus tunica pellicea contegebat: circa nasum aitem solum, & os reliquit modicum ingressum spiritui, ut respiraret, communem aerem excipiens, quod humana natura non potest aliter viuere. Omnem autem eum laborem sustinet, cum non sit corpore valde robusto, sed vultu durario & multo moribus obnoxio: seruens autem in animi alacritate & diuino amore incensa cogit ut laboraret qui non potest laborare. Lam verò sapientia & intelligentia ornatus, optis & interrogat & respondet, & rationatur nonnumquam illius & potentius quae Aristotelicos legere laborabat.

Cum sit autem in ipso summo virtutum fastigio, non sinit, ut arrogantiā simul offeratur spiritui, sed iubet ipsum deorsum repere eam a ipsum latu montes: sic enim, quantum sibi dignum mens cōtular, quae tunc & ardet insolentia, haec est in summa eius philosophia, cui conuocatur, ut crescendo posset meram cursum attingere. Est enim, cum inuicem priorum latraria, horum, qui victoria portis sunt gloria: Mibi autem letetur, ut eorum suffulius precibus, non

simprocal ab hoc monte, sed paulatim descendam, & meorum contemplationis voluptate explicam. haec tunc de Baradato scripsit Theodoretus, dum adhuc ille viueret: cū & Syrorum librorum sui temporis anachoretarum res gestas posteris tradidit. Reliquum verò est, ut eiusus ad Leonem ad eopreculara facta, audiuis legamus & scripta: sed prius confideremus etatem.

Qui enim sub Theodoto maiorem cursu etatis partem Baradatus (ut vidimus) confecerat, hoc tempore etate senescit valde fuisse liquet. Ad hunc igitur Baradatum (ut ex Euagrio dictum est) Leo Augustus cum dedisset epistolam, ut quid de fide in Chalcedonenis Concilio firmam sentiret, literis declararet: paruit ipse aequè ac Simeon Stylita, scripsitque ad eundem Imperatorem epistolam, quae integra, in doli facta, adhuc extat inter epistolas Episcoporum ea de re scribentium ad eundem Leonem Augustum: quae inter alia multa his verbis eundem hortatur ad insequendos haereticos, ad ipsum Leonem nomen aludens:

Audiuimus, quomodo incedant lupi super oves, & rariunt oves ab oculibus suis, & non metuant à voce pastorum: Quapropter repente, amice Leo rugies, haec tu valde terribilis, ut pro metu Leonis impetum fugientes, quod auctor praerunt, de his reddant. Sic ergo vestram facere condeseritatem, ut sicut nomen est imperij vestri, ita praedictur in toto mundo terribile pietati vestra decretum, cum scriptum sit: Sicut enim nomen tuum Deus, ita & laudatio tua. Sed & Salomon Dandi filius eius ait: Similis est ira Regis furoris leonū. Et Dominus omni potens glorificauit nomen Leonis super omnia, qua in terra sunt, ut subiacet omnes volentes extollere contra timorem Dei, &c. Subdit etiam peritans in Leonis metaphora, quod sicut leus infurexit vindex mandatorum Dei aduersus Prophetam, qui Dei praecipuum fuerat praeruaricatus, ita & ipse Leo Imperator exurgit aduersus aduersus transgressores Catholicae fidei: Sic deat (inquiens) nomen pietatis vestrae terribilis ferre praercepta in omni terra contra eos, qui praesumunt diuina mandata corrumpere. Iste enim sunt filij Timothei, qui latenter egit iniqua, &c. Post hac autem de Leonis similitudine ad eum excitandum aduersus haereticos inculcata, plura habens in detestationem perfidorum atque eorum antesignani Timothei, subijcit ex diuinis Scripturis Orthodoxae fidei confessionem sententiam Catholicae pietatis, cum exprobrationem impietatis haereticorum abijcientium Chalcedonenis Concilium eo praxit, quod nihil admittendum dicerent praeter Nicenum fidei Symbolum: meminitque de redditis ad ipsum Imperatorem litteris eodem argumentum conscriptis: pluraque discretissimè disputans & inculcans, tum quam verissimum esse declarat, quod de ipso scribit Theodoretus, ipsum fuisse sermone atque doctrinā praestantem. De tempore autem scriptae ab eo hoc autem epistolae, in fine illa habet, cum salutationem apponit: Haec cum tremore scripsi vestrae pietati Imperio, septimā & vigesimā die Augusti mensis, anno secundo Imperij, Indictione decimā, &c. Vide, qualis ac quantus anachoreta ad excitandum aduersus haereticos Imperatorum classicum occinat.

At cum plurimum sanctorum monachorum Syriam incolentium, tum Iacobitiam Syri admirabilis sanctitate viri literae in eandem sententiam ad Leonem Imperatorem datae desiderantur. Quam autem hic extiterit sanctitate eximius prolixam narrationem profectus est Theodoretus, cui ipsum cōsule: longa nimis esset digestio, cuncta de eo ab ipso descripta narrare: Inuenies quidem mira. De eodem meminit & Theodorus Lectōr in Collectaneis, & ad tollendam dubitationem, vel errorem eorum, qui putant hunc eundem esse cum Nisibeno illo Iacobo, haec ait: Sciendum est, Iacobum illum, qui miraculum hoc circa fontem & puellas operatus est, non esse eum, qui ad Eurycliam rescripta. Hic Nisibenus Constantij temporibus vixit, Verum tamen ille alius Iacobus magnus erat & clarus miraculis, sicut Theodoretus in sua historia dicit. Vnam Theodoretus magno Iacobo ad sepulchrum parauit, ipsum autem Theodoretum prius mori contigit: in eadem tamen & ipse magnus Iacobus est reconditus, haec Theodoretus: quem si legisset Nicephorus, vel aliter rem accuratius perpendisset, haud in erro-

XXIII.

d Extat

te. 2. Ch.

XXIV.

BARADATI

AD LEONEM

EP. 47

PERA. 19

XXV.

THEO. 31

ANTIOCHENUS

DE BARADATO

AD LEONEM

EP. 47

PERA. 19

XXVI.

THEO. 31

ANTIOCHENUS

DE BARADATO

AD LEONEM

EP. 47

PERA. 19

XXVII.

THEO. 31

ANTIOCHENUS

DE BARADATO

AD LEONEM

EP. 47

PERA. 19

XXVIII.

THEO. 31

ANTIOCHENUS

DE BARADATO

AD LEONEM

EP. 47

PERA. 19

XXIX.

THEO. 31

ANTIOCHENUS

DE BARADATO



rem lapsus esset, vt diceret \* Iacobum hunc Syrum, ad quem Encyclicam Leo scripsit, fuisse Iacobum Nisibenum, quem longe ante hac tempora constat ex hac vita migrasse.

XXVI. Quod verò spectat ad circulares datas literas ad eos, qui erant in Syria, monachos prestantissimos: haud putandum praeterisse Leonem Augustum alios sanctissimos viros in alijs prouincijs agentes: sed ipse Euagrius patriâ Epiphaniensis proximorum tantum meminit sanctorum virorum, ad quos scripsit Imperator: cum haud dubium esse debeat, ad alios aliarum prouinciarum celebres sanctissimos anachoretas ipsum eadem in causa dedisse literas, praecipue verò ad eos, qui incolebant Syriam Palaestinam, vt inter alios ad magnum illum Euthymium, & ceteros superius nominatos monachos celeberrimos, itemque ad admirandum illum Auxentium degentem in Bithynia aequè sanctissimum virum, quem alius confirmasse suo elogio sub Marciano Concilio Chalcedonense, superius dictum est. Rufus etiam scripsisse ad admittibilem Danielem Styliam, probè notum Constantinopolitanis, & in primis Anatolio eius ciuitatis Episcopo, quem antea aegri valetudine laborantem curarat, nemo iure poterit dubitare. Sicigitur voluit Leo Augustus contra omnem aduersantium haereticorum calumniam sacrosanctum Concilium Chalcedonense in omnibus custoditum ac veluti munitioibus obfirmatum, vt sic eos penitus obstruant occulderet impietati.

XXVII. Hoc item anno (vt superius diximus) defunctus est Basilus Episcopus Antiochenus, omnium nimirum eius sedis secundo, in cuius locum fuit subrogatus Acacius, sub quo hoc praesenti anno memorabilis clades accidit ex terremoto Antiocheno. Tradit autem sub anni fequentis Consulibus Marcellinus, cladem hanc scriptam fuisse ab Isaac eius Ecclesiae presbytero, viro discreto, ait enim: *Isaac Antiochenus Ecclesiae presbyter scripsit Syro sermone multa, praecipue aduersus Eutychianos & Nestorianos: ruinae quoque Antiochiae elegiacae carmine plausit, quem admodum Ephraem monachus Nicopedaesolusum. haec Marcellinus: eadem quoque Gennadius.* Sed audi de eodem terramoto Antiocheno haec dicentem Euagrius:

XXVIII. *Secundo (inquit) anno Imperij Leonis ingens terramoto & conuulsio Antiochia accidit: ante cuius initium quidam e populo eius iam vrbs satis supra modum insanire & omnem bellinam feritatem superare visisset, quasi proaemum eiusmodi cladi vrbs praeparata. haec ipse. Sed quod dicitur computans annos à ciuitate illa condita vsque ad praesens tempus, numeratque annos sex supra quingentos, errorum putamus in numerum irrepisisse: cum ciuitas illa (vt auctor est Eusebius in Chronico) condita sit anno duo decimo Seleuci, qui regnare cepit eodem, quo mortuus est Alexander, anno, Olympiade centesima quarta; praesens verò annus ponatur sub Olympiadi trecentesima nona anno secundo. Cum autem idem ibi tradat, id factum esse hoc anno secundo Leonis Augusti, cum aetatis annum ageret quinquagesimum sextum; planè indicat ipsum creatum Imperatorem anno suae aetatis quinquagesimo quarto.*

XXIX. Sed vnde tanta vrbi Antiochenae clades? Non aliunde quidem ea mansisse videri potest, quam ex impietate haeretica prauitatis. Consertam sane fuisse ciuitatem illam Apollinarianis & Nestorianis, qua dicentur inferius, demonstrabunt. Etenim neque ex hac tam ingenti clade, ab te scoria, Ecclesia illa purgari valuit. Quod enim Nestorius ibi degens, malum semen ibidem seruit, sub Ioanne Nestorij fauore in messem creuit, & secundo prouentu est congregatum in horrea impietatis. Sicigitur non fera vindicta fuit Antiochenis magna ex parte haeretici de prauitatis.

XXX. Sed prosequamur de eodem terramoto Euagrii narrationem: quem cum ipse anno secundo Imperatoris accidisse tradat, id factum dicit decimaquarta die mensis Septembris, hora quarta noctis: lugubre planè spectaculum praebens, terrorem ingentem spectantibus & horrorem incutiens: cum non vna ciuitas, sed machina ipsa mundi videretur penitus ruitura: *Hic quidem (inquit) omnes ferè a-*

*des vrbs noua disturbauit: qua vrbs à multo hominibus incolebatur, nullaque eum pars deserta fuit, aut neglecta, sed tota Imperatorum magnificentia, aliorum aliorum in ea re superare contententium, exquisitè elaborata constructaque. Quinciam prima & secunda Palatii domus delecta, glajstantibus vna cum adiuncto balneo, quod cum ante nulli fuisset vsui, iam dum in eadem calamitate necessario propter clades, qua reliquis balneis obtigerunt, ciuitati abluenda inferuuit. Eius etiam porticus ante Palatium, & locus, qui Tetraphylon dicebatur, & turris Cirij prope ianuam: & quaedam etiam porticus ex illis egredientes, aliqua in partem balnearum Traiani, Severi, & Hadriani concussit, diruitque: aliam quoque viciniam, qua Ostracina dicitur, vna cum porticibus, & Nymphaeum (sic eum nominatur) prostravit: quorum singula accurate à Ioanne Rhegore narrantur. At parè, cum ciuitati de tributu mille auri talenta ab Imperatore esse condonata, tum ciuibus etiam veltigalia, qui ea clade affligerant, tum denique ab eodem curam de publicis adificijs respiciendis esse susceptam. haec tunc de his Euagrius. addit Nicephorus: *Et tempore Thraciae etiam & Hellepontus, Ioniam omni, & qua vocantur Cyclades insulae, conuersi sunt, adificia verò plura in Gnidò & Coo collapsa, dirutaque Cyzicum in Helleponto positum terramoto, sub anni sequentis Consulibus Marcellinus narrat.**

Inter haec autem contigit, vt sanctiori Antistite Constantinopolitana Ecclesia ornaretur, Anatolio sub lato medio, qui hoc anno, cum iam sedisset annos octo & triduum mensis, ex hac vita decessit. Quis autem iste fuerit, Dei iudicio relinquatur iudicandum: illud constat, non per portam ingressum, sed aliunde in ouile ouium ascendisse, cum ab interese chorò sanctissimi Flauiani Dioscuro fuerit Episcopus successor indignissimus ordinatus: scimus pariter eundem saepe sepius diuersis ex causis redargutum fuisse à sancto Leone Romano Pontifice, maculatamque potissimum tolerantia haereticorum, quos adscitos inter clericos, opus fuit iussione eiusdem sancti Leonis expelli: vt non sit mirum, si tanto fasti praesidio idem haeretici in Aeternum in Oriente. Ceterum ipsum videri voluisse Catholicam, ex scriptis ipsius satis liquidè constat: verum vt qui magnam cum Dioscuro olim inijsset familiaritatem, cui se sedem illam acceptam ferebat, haud aduersus haereticos (vt par erat) ardore Catholicæ fidei infurexit.

Leo etiam Imperator, defuncto Anatolio, omnem adhibuit diligentiam, vt vir pius nulla suspitione labefectus, omnique macula purus, sanctus, atque doctus illi subrogaretur Episcopus. Cumque in hoc non nihil esset collaboratum, rem ipsam Deo gubernante, ex sententia accidit: vt virtutibus insignis Gennadius eligeretur Constantinopolitanae Ecclesiae Episcopus, de cuius electione haec Theodorus: *Mortuo Anatolio, Gennadius Ecclesiae presbyter eligens, suffragatore Acacio orphanorum nutritore. Designauit autem Gennadius Marcianum Oeconomum, ad Ecclesiam, relictis Catharorum scilicet, translatum: qui mox atque Oeconomus effectus, quae in vnaquoque Ecclesia offerbantur, ab eum loci clericis auferri decreuit, donec magna Ecclesia cuncta thesauciperet: haec Theodorus de Marciano Oeconomio; eadem verbis illis dilucidius apud Nicephorum. Constatque (inquit) vt quae in Ecclesia quaeuisque loco muneris offerrentur, ea vt loci cuiusque clerici ferrent: cum ad id tempus Ecclesia Catholica, seu vniuersalis, dona huiuscemodi omnia tulisset. planè significans, vt suprà maiorem Ecclesiam oblationes aliarum minorum sibi subditarum Ecclesiarum, sub Gennadio verò factum, vt quique clerici suarum Ecclesiarum oblationibus fruerentur, ita cohibente auaritia primariae Ecclesiae ministrorum, subiectarum sibi Ecclesiarum oblationibus inhiantium.*

Inualuerat quidem mirum in modum in illa Ecclesia auaritia, sed & creuerat simoniaca labes: quam anno sequenti cum Synodali Imperiali decreto excusam esse, suo loco dicturi sumus, vbi agemus de Concilio prouinciali Constantinopoli eo tempore congregato praesentibus Apostolicae sedis legatis. Simulac enim Gennadius thronum illum conscendit, ad sananda illata vulnera ab haereticis, tum à prauis clericis labefactantibus

XXXI. ANATOLIO EPISCOPO C O N S T A N T I N O P O L I T A N O.

XXXII.

e Theod. Lect. Col. lib. 1. GYNAEIVS EPISCOPIVS CONST. E. LICITVS. ac Quae. Nicoph. lib. 1. c. 22.

XXXIII.





Ecclesiasticam disciplinam, adiecit animum; simulque ad impurum illum in usorem Ecclesie Alexandrinę pellen- dum, vñ cum legatis Apostolica sedis à Leone Pontifice missis, omne studium curamque prudenter adhibuit. Ad hæc autem omnia præstantia, Concilium insequentem annum Constantinopoli celebrandum indixit, de quo suo loco dicendum.

XXXIV ANASTASIUS EPISCOPVS HIEROSOLYMITANVS A EXIENS APUD SIRACUSAS 20. IANUARII.

Hoc eodem anno secundo Leonis Imperatoris (vt antio superiori dictum est) in locum Iuuenalis Hierosoly- morum Episcopi successit Anastasius ex presbytero illius Ecclesie vasorum custode: ordinatus quidem, se- cundum Apostolum, præcedentibus prophetijs. Quam- uis autem hæc fuerint, accipe à Cyrillo in rebus gestis S. Euthymij Abbatis ab eo confectis, qui ait: Sequenti autem anno Iuuenalis quidem Patriarcha, XLV. anno eius Patriarcha- tus, ex hac vita excedit: Anastasius vero compuni omnium suffra- gio ad fidem illius promotus, de quo Euthymij fuerunt prædi- ctiones, & de eo vera promissiones. Quarum uisitam recordatus Phidium, qui in Lauram cum ipso accesserat, & illas audierat præ- dictiones, orabat diaconum, & rursum ad magnum illum mittit Euthymium vñ cum custode Crucis, & propheta significans euen- tum, & rogans, vt sibi permitteretur ad eum descendere. Is autem hæc dat responsa: Ego quidem semper desidero vestrām videre per- fectionem, & sic lucrum consequi spirituale: sed prior quidem ve- stræ aduentus erat ab omni turba remotus, & separatus ab omnibus negotijs: nunc autem vestri magistratus magnitudo dat vobis alium locum & ordinem, Deo ita volente, quam obrem longè meam supe- rat imbecillitatem vestra scilicet presentia. Rogo ergo te, ne amplius vixeris hoc iter suscipiendo: sin minus, ego quidem te venientem prompto & alacri animi studio accipiam; & deinde necesserit, vt non posim alios amplius repellere, nec potero amplius deinceps hic videri, vt qui ab eorum, qui accedunt, hic sim comprimendus mul- titudine. hæc ad Anastasium Patriarcham S. Euthymius; cuius de eo præcedentes prophetias, quas te cupete scio, lector, ex eodem auctore hic describamus.

XXXV FR. DI- CTIONES EUTHYMIUS EPISCO- PATY A NASTASII.

Euthymium (inquit Cyrillus) videre valde desiderabat Ana- stasius, cuius fidei credita erat custodia sacrorum vñ Græcum sancta Resurrectionis Ecclesie, erat quæ Coræpiscopus, fuit, simul discipulus & imitator S. Passarionis. Cum ergo teneretur tanto eius viden- di desiderio, Phido Ioppæ Episcopo, & Cosine, cuius munus erat cu- stodire Crucem illam pulchram comminuat cupiditatem. Cumq; eos assumpsisset, quoniam etiam quos, Phidum Phidi Episcopi nepotem (erat autem is adhuc atate iuuenis, & in choram lectorum coopera- tus, qui etiam Cyriaco hæc tradidit & narravit) cum is proficiscer- tur ad magnum Euthymium. Postquam autem fuerunt iam prope Lauram, ab alijs quidem cum nondum peruenisset, ignorabatur, Euthymio vero arcano quodam modo aperuit Spiritus. Cum verò statim vocasset Lauræ economum Chryssipum: Sine, inquit, tibi parata, que super ad recipiendos hospites necessaria; Ecce enim simul cum fratre tuo ad nos veni etiam Patriarcha. Cum autem ipsi iam a duentesset, diuiniore quidam contemplatione magnus correptus Euthymius colloquebatur & adserbat cum Anastasio, tanquam cum Patriarcha Hierosolymorum, atq; qui adstant quidem omnes admirabantur.

XXXVI EPISCOP HIEROSOLYMO- RVM HV MILISVS STITVS.

Chryssipum verò quos, ipse obstupescens, & ad aurem se incli- nans Euthymij: Sed non est, inquit, apud nos Patriarcha, & vene- randa Pater & hic autem est sacrorum vasorum custos Anastasius. Vides quoniam sit eius vestitus ostendens tui vestes: ea autem e- rant splendide & serice: quas quiescem (inquit) non est sui Hieroso- lymitanum Patriarcham induere. Ad imitationem enim primi- tiuus Ecclesie Episcopi, qui iudone tantum simplici induebatur, sancti Iacobi fratris Domini, & in ipsius Do- mini in eo loco crucifixi memoriam, factum est, vt Hierosolymitani Episcopi haud circumspicere vestiti incede- rent, sed viliori habitu, quam illius Ecclesie clerici, qui se- ticis etiam (vt vides) vtrebantur indumentis. Sed pergit Cyrillus: Cum aliquo autem tempore se reuolueret fenestras, & re- luti ad se redisset: Sed mihi crede, sit, inquit, hunc vidi candidè veste indutum, & quali decet indui Patriarcham, & existimo me non esse deceptum. Sed quod Deus presciscit, id ad finem quoque de- ducit. Sunt enim eius chrysmata minime perueniente. Ille ergo hæc quidem dixit, multi audientibus; & consecutus fuit rerum euentus, hæctenus de his tibi.

XXXVII.

Hoc item anno, quo primus Gennadij Constantinop.

Episcopi numeratur, facta est translatio reliquarum lan- ctæ Anastasie martyris, impulsu Marciani Oeconomus Gennadio id suadente Leoni Imperatori, collocata que sunt in Ecclesia ab eodem Marciano nobiliter erecta. Co- stantinopoli super ædiculam Anastasie, ita nominatum locum illum, vbi primum hospitatus S. Gregorius Nazia- zenus prosternam fidem erexit, vnde Anastasie nomen accepit, id ipsi Gregorio diuino reuelante Spiritu, fore al- liquado, vt ædificula illa in basilicam ingentem confurge- ret. Hæc quidem facta esse hoc anno non superiori primo Leonis Imperatoris (vt vult Cedrenus) ideo affirmamus, quòd contenti Theodori, Nicephori, & aliorum, eam translationem factam liquet sub Gennadio Patriarcha. De ipsius autem templi dedicatione agemus anno se- quenti.

IESV CHRISTI Annus 459.

LEONIS PAP. LEONIS 3. IMP. MAIORIS. 20.

CHRISTI annus quadringentesimus quinquegesi- mus nonus nouis aperitur Consulibus Quincimere at- que Patriarchis Constantinopoli, presentibus Aposto- lica sedis legatis, exoptatum diu à Leone Imper. celebra- tum est Concilium, non quidem æuenticum, vt pete- bat, ad quod omnes conuocarentur Episcopi, sed ex pro- ximis tantum prouincijs, Gennadio adnente Constanti- nopolitane sedis Episcopo, fidei Catholicæ & Ecclesiasti- cæ disciplinæ acerrimo vindice atq; custode: qui inter al- ias deformitates cum natus esset Ecclesiam illam simo- niacæ labe deturpatam, ad eam penitus euellendam, ali- que prauos mores extirpandos. Synodum colligi festina- uit. Interfuit huic Synodo numerus septuaginta trium Ep- iscoporum, presentibus que fuisse (vt dictum est) Apostoli- cæ sedis legati à S. Leone missi (cum anno superiori Im- perator eos expectasset) Domitianus atque Geminianus Ep- iscopi, quos constat Constantinopoli vique ad sequentem saltem annum comoratos esse, prout licet à S. Leonis Pa- pæ ad eundem Gennadium datæ declarantur.

L. CONCILII CONSTANTINOPOLITANI NOTUL.

Peruenit quidem huius Synodi Acta, vt non nisi ca- non vnus aduersus Simoniacos datus reperiri possit. Actū verò in ea esse de abolenda penitentijs Eutychniana hæresi nulla potest esse dubitatio. Etenim ipse Leo Augustus eius rei causâ experierat præsentiam S. Leonis Romani Ponti- ficis: quam cum obtinere minime licuisset, vt saltem lega- tos è Latere ipse mitteret, exorauit: quibus missis, eam ab eodem S. Leone non valuerit impetrare, vt euenientia Synodus haberetur, egit tamen, vt ex finitimus saltem prou- incijs Concilium coereretur. Vbi autem conuenire Pat- res, ex more primum omnium actum esse de firmando fidei decreto in Chalcedonenis Concilio edicto, quod fre- quentibus iactibus hæreticis concuteret atque penitus disij- cere conabatur; recitataque ibidem fuisse omnes episto- las illas cum ab Episcopis Orientis, tum etiam à sanctissi- mis anachoretis confirmatas, in primis verò Romani Pon- tificis literas eopargumto anno superiori datas, omnes pu- to cogitentent absque aliqua controuersia cum (vt dictum est) ea potissimum ex causa hæc fuerit Synodus con- uocata. Sed quòd ipsa Acta Synodalia, quæ hæc ostende- rent, perierunt. Illud saltem vnum, quod Synodi huius frag- mentum superest, recitamus, relictum tanquam fortem artem ad demolendas simoniacas molitiones: sic enim se habet, que tunc ab eadem Synodo scripta est epistola Circularis: Religiosissimo & sanctissimo in sacris ministris N. Genna- dius, & qua in Christi amante regia ciuitate Constantinopoli coa- dia & sancta Synodus.

II. SYNODI NOTUL.

III. QUID AD PARSVM II.

Cum Dominus & Deus Saluator noster Iesu Christus suis di- scipulis Euangelij prædicationem credidisset, eosq; per diuersum terrarum orbem inter homines ad docendum misisset: aperte in-

III. QUID AD PARSVM II.